quod inter Ministros, Diaconos, et professores hujus urbis,
Dei gratia, nunc summus in religione est consensus, qua
felicitatem Ecclesiis nostris perpetuam opto.
Hoc paucis, praeceptor observande, in praesentia ad te
perscribere, de rebus nostris in sinum tuum quasi effun-
dere volui; majorem in modum obtestans petens, ut hanc
meam epistolam, eo quo a me profecta est, hoc est, can-
dido suscipias animo, meque semper commendatum habe-
re non desistas. Saluta meo nomine, cum dabit-
ur opportunitas, reverenter atque officiose, clarissima
Academiae vestrae lumina, D. Tossanum, D. Kimedon-
cium, D. Witekindum, et D. Schaderum, D. Pleurman-
num. Salutem tibi dicunt, D. Mensingus Theologus noster,
Dnusque Hallerus, D. Riving, et caeteri, idem facturi
Wildus et Ampelander, si adessent. Sed quia desunt,
et alter Tosimensem gubernat Ecclesiam, alter vero
Thunensem; hoc tempore speciatim nihil adjecerunt.
Vale in Christo Jesu; quem una cum aliis Electoris
palatinatus columnis, diu superstitem conservet
ad nominis sui gloriam, Ecclesiae militantis aedifica-
tionem, et studiorum cum Theologicorum, tum phi-
sicorum promotionem. Raptim Bernae Helvetio-
rum Martii quo ipso die, de Rustico quodam sexagena-
rio (viro quinquagenario) publicum capitis supplicium
est in urbe nostra sumtum, propter incestum cum
tribus germanis sororibus concubitum: Anno postre-
mi seculi 1593.

Reverentiae tuae addictissimus discipulus
Fridericus Trogus, Philosophiae
in Gymnasio Bernensi Professor.

238) Φιλοξενίας καὶ φιλανθρωπίας tuae, Domine et
amice observandissime, non oblitus sum, quoad vixero,
ejusque ero precor assiduus, atque ubi cum animo et me-
moria sunt verbis ac praedicatione, tum denique re i-
psa et factis, Deo juvante, ejusque mihi facultatem et
occasionem suppeditante, illam cumulate referre atque
remunerari. Sororis meae filium ut coram ab prae-
sens tibi commendavi, ita eundem nunc absens ti-
bi iterum atque iterum commendo. Scripsit ad ma-
trem suam literas, quibus ab illa vestes quasdam,
necnon pecuniam ad libros quosdam sibi neces-

sarios coe-

rios commendes petit, et nescio quae alia. Has (quod ti- de Ao 1593.
bi sit dictum) ei nolui reddere nec enim opus fuit. Quum
enim ea quae ad victum cultumque corporis necessaria
sunt pertinent ei abunde suppeditare. Quod si tamen
rebus quibusdam, ut libris, vel etiam aliis indiget frater
tuus, [illegible] per illius vel tuas literas commonefieri
potero, qui ei non deerit, sicuti proxime cum apud illum
fuissem, mihi significavit. Meminerit illius Pauli
[illegible]. Hac de re
ad ipsum quoque scripsi. Hac de rebus privatis. Quantum ad
publicas attinet, nos adhuc Dei gratia pace et tran-
quillitate serena fruimur in Republica et in Ecclesia. Gentis
tamen nostrae, nobisque vicinia foedereque juncta [illegible]
[illegible] adhuc propter [illegible] illum malum
insidiatorem [illegible] periculorumque [illegible], quam
Deus ad hunc usque diem mirifice conservavit, et ut
speramus in posterum quoque conservabit. Rhetia quoque no-
stra [illegible] quorundam [illegible] fraudibus [illegible]
fallaciis ad Hispanicum foedus [illegible], quod u-
niversae nostrae patriae perniciosissima esset futura
sollicitatur, sed ut speramus frustra. Adhuc Episcopus Con-
stantiensis [illegible], ut a Pindaro appellatur, ubi-
que [illegible] movet. Subditos enim quos-
dam suos, qui [illegible] ex orthodoxam religionem nobiscum
una professi sunt atque coluerunt, invitissimos contra
ipsorum voluntatem atque conscientiam ad Romanam
suam idolomaniam [illegible] cogere conatur, unde
magnae et funestae in tota nostra patria exoriri
possent [illegible] tumultus, quos Deus avertat. Quam
[illegible] Amplissimus noster legatos ad illum misit
ejus [illegible], et a conatu hoc periculosissimo avocandi
gratia. Propter [illegible] vicinos nostros qui
[illegible] nostra [illegible] Talis enim est [illegible]
felicitas humana qui semper feliciter aliquid est
admixtum. De [illegible] nostri lite-
ris procul dubio certior factus Protestationis Hermon-
[illegible] Antiliberiana exemplaria nondum acce-
pimus, expectamus quotidie, nisi forsan iis qui illam plane impe-
dire conantur, ejus impressionem et editionem remorabitur et
ne ad has nundinas in lucem exibit. Nova [illegible] monstra [illegible]
[illegible] de Rege Galliae, quae vobis quoque sine dubio nota sunt,
de quibus piget me taedetque scribere. Nec tamen ideirco
de Regis salute desperare, sed ardenter pro illa Deum
deprecari debemus. Petrus tantus Christi Apostolus, [illegible]
[illegible] confessor, [illegible], Christum ter [illegible] confe[illegible]

entiam suam abnegavit, sed tandem ex galli cantu ad-
monitus Christo praesertim illum clementissimo mi-
sericordissimoque suo oculo respiciente, exivit ex
aula, culpam suam amare deflevit, ac gratiam et veni-
am divinam est consecutus. Christus item pro illo de-
precatus est, ne deficiat ejus fides. Sic nos quoque pro Chri-
stiana charitate optime de hoc rege speramus, fore ni-
mirum, ut plurimorum fidelissimorum Gallorum mo-
nitis, Christi misericordia et deprecatione ex
babylone exeat, culpam suam agnoscat, deploret, ejus
veniam a Deo petat, poenitentiam denique veram
et seriam agat. Christi exemplo et imitatione
pro illo ad Deum preces fundamus, ne fides ejus peni-
tus deficiat et extinguatur. Idem Petrus postea
quoque in evangelico suo munere οὐκ ὀρθοποδῶν, πρὸς
τὴν ἀλήθειαν τοῦ εὐαγγελίου ὅτε ἐπορεύθη, ἑαυτὸν ἀφώριζε τῶν
τοῖς ἔθνεσι συνεσθίοντι τὰ ἐδέσματα, καλῶν ἰουδαΐζειν
(ut Paulus testatur verbis longe tristissimis) propter
gravissimam hanc culpam graviter a Paulo
fuit reprehensus, non autem illico derisus fuit,
desertus, omnisque illi spes salutis adempta, pa-
tris coelestis misericordia denegata fuit. Idem de
Davide, de Salomone, de innumeris aliis primitivae
ecclesiae temporibus dici potest, qui ter, quater
semel lapsi et relapsi, tandem Dei gratia resurgen-
tes vitam quoque et sanguinem suum pro Christo pro-
fundere non dubitarunt. Haec scribo propter
nonnullos, qui temerario quodam praecipitique zelo
in regem hunc Dei ad tertium usque coelum, ut ita lo-
quar, laudibus extulerunt, ita nunc eundem ad imos
usque tartara conviciis suis obrutis atque omnibus detur-
bare conantur, deposita abjectaque omni spe illius salutis.
Vale, Domine et amice observandissime, et collegis
tuis, quaeso, plurimam meo nomine salutem dicas.
Tig: Calend: Septemb: Anno 1593.

Tui observantiss.

J. C. Stuckius.